

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Veronam pulchram et preclaram venetie urbem alipibus finitimam. Quam atthesis fluvius dividit. Auctor est ex trogo pompeyo iustinus. Ballos qui urbem romam ceperunt et pariter Mediolanum; brixidum constructam asserunt. Nec tamen minus cingit quam dividit veronam Atthesis ut custodie simul ornamentoque subuehendis reuehendisque mercibus et frugibus magno sit usus veronensibus: quandoquidem supra infraque circum mercaturam superabundantiam: vinorum varietate atque prestantiam: pomorum omnis generis copiam. Et lanam ceteras ytalie subtilitate superantem de qua subtilissimi efficiuntur panni. Lane prestantiam greges et armenta a pastionis proprietate accipiunt. Quam prata campisque prospectu quoque amenissimi naturaliter prestant. Quam tamen prestat. quod herbilogi vndique confluentes multa herbarum radicumque genera animantibus saluti opitulantia inde legant: diuersae etiam per agrum veronensem scaturiunt aque non minus ornamento a natura quam usus attributa. Hec ciuitas ita romanis principibus grata extitit: ut in ea amphitheatrum romano more nonnullaque alia constructa sint edificia. Ibi quoque deinde a Gottomis longobardisque regibus: nec non et ab alijs principibus domus excelsae extollitur argumento. Theodatus ostrogothorum rex tertius: quem sciret in veronensi agro esse vinum sicut Cassiodorus appellat accinati odoris saporisque suauissimi. illud romam nauibus Atthesi in super mare delapsis comportari curauit. Urbis huius gesta sub vario fuerunt euentu. Attila enim Gottomorum rex eam euertit et incendit. Alboinus primus longobardorum rex ibidem Rosimunde uxoris insidijs occisus fuit. Ibi Rudolphus imperator berengarium imperatorem superauit et occidit. Nobilissima scaligeorum familia et ipsa veronensis tyrannidem occupauit. et per 70. annos cum maximo splendore verone dominata est. Tandem ea urbs in venetorum manus deuenit: sed tam solidiora verone sicut et ceteris urbibus ornamenta viros omnis etatis prestantes attingamus. Zenocum sicut religionem christianam et suam ipsius decem sanctitatem primum erit qui verone presul multa scripsit extantia sacras utriusque testamenti litteras declarantia. Emiliu marcu veronensem poetam. Eusebius in asia obiisse asserit: paulo post. Catullus poeta. subinde uterque Plinius. genuit et Guarinum oratorem ornatissimum et alios.

panoz

Scaligo

Verona



Atthesis